



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 61. Helvetii a Gallorum Exercitu sejuncti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**Sæcul. XVI.** dia pertraxit. Non deerant tamen ex Pa-  
**A.C. 1521.** go Tigurino quatuor Helvetiorum millia,  


---

quæ ceterorum partes sequi detrectabant,  
 ex quorum repugnantia haud levia ex-  
 orta fuere dissidia. Re comperta Magi-  
 stratus edictum promulgabant, quo om-  
 nes Helvetii nemine excepto utrumque  
 exercitum deferere jubebantur, cum non,  
 ut dicebant, congruum esset, quod u-  
 nius Nationis Viri eodem tempore duo-  
 rum hostilium exercituum stipendia me-  
 rerentur, seque mutuo jugularent. At-  
 tamen Sedunensis Cardinalis ejusmodi  
 mandata publicari suspicatus, tanta ute-  
 batur solertia, ut hoc edictum in manus  
 ejus incideret, quo circa non nisi illud  
 ad Helvetios, qui sub Lautreco Gallis  
 uniti erant, directum expediri curavit,  
 alterum vero ad Helvetios, qui in Fœ-  
 deratorum exercitu in Italia militabant,  
 inscriptum penes se retinuit.

### §. LXI.

#### *Helvetii a Gallorum exercitu sejuncti.*

**Bellcar. l.16.** **Mem du Bel-** **lai l. 2.** **H**elvetii accepto suorum mandato Lau-  
 treci castra deserebant, ad sua re-  
 versuri; cum vero illos, qui Fœdera-  
 tis juncti erant, persistere intelligerent,  
 eadem illis iussa haud data suisse existi-  
 mabant, hac de re vehementer commo-  
 ti. Nihilominus Sedunensis Cardinalis,  
Vir

Vir sagacissimus, horum æmulationem Sæcul. XVI.  
A.C. 1521.  
dextre in rem suam vertebat, ab eis  
postulans, an suis popularibus, qui fœ-  
deratorum signa sequerentur, sese con-  
jungere vellent, id si facerent, pollice-  
batur illis pecunias in antecessum dan-  
das, ac stipendia semper exacte, & lon-  
ge liberalius, quam Lautrecus facere  
potuisset, esse solvenda. Duplici hoc ar-  
tificio Sedunensis Helvetiorum Magistra-  
tus elusit, ac suorum militum numerum  
auxit.

### §. LXII.

#### *Lautrecus Mediolanum profugus.*

Guicci. l. 145  
Lautrecus sinistro hoc eventu perterri-  
tus, relicto Ollro flumine ad Abdæ  
ripam castra posuit, firmavitque; hic  
enim fluvius ultimus erat, quem Fœde-  
rati, ut ad interiores Mediolanensis Du-  
catus ditiones penetrarent, trajicere de-  
bebant: Reliquam vero exercitus sui  
partem secum in urbem duxit, nec ta-  
men inde melius Gallorum rebus consu-  
luit; quippe cum exiguum, quod ei su-  
pererat, temporis spacium impendere  
debuisset, ut cives priusquam Columnæ  
ac Piscarii copiæ advenirent, in officio  
contineret, urbemque valido præsidio  
muniret, ipse potius totus in eo erat,  
ut hujus populi animos magis exacer-  
baret, jam in Nobiles, jam in cives ca-

H 4 pitali